



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

46. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

tionem Ecclesiæ provideat Presbyterum, ejusque conductu de eodem elaboratu decimas eidem Ecclesiæ conferat. [*Caput istud non extat in codice MS. Reginonis.*]

Item de nonis & decimis. *Ex eodem,*
cap. xxxvi.

Concil. Cabilon. 2. c. 19.
Lib. 2. Capitular. c. 38.

XLV. Qui decimas post creberrimas admonitiones & prædicationes sacerdotum dare neglexerint, excommunicentur. Juramento verò eos constringi nolumus, propter periculum perjuri.

Item de nonis & decimis. *Ex eodem,*
cap. xxi.

Lib. 2. Capitular. c. 11.

XLVI. De nonis quidem & decimis, unde & genitor noster & nos frequenter & in diversis placitis admonitionem fecimus, & per Capitularia nostra qualiter hæc observentur ordinavimus, volumus atque jubemus ut de omni collaboratu & de vino & fœno fideliter & pleniter ab omnibus nona & decima persolvatur. De nutrimine verò pro decima, sicut hæctenus consuetudo fuit, ab omnibus observetur. Si quis tamen Episcoporum fuerit qui argentum pro hoc accipere velit, in sua potestate maneat, juxta quod ei & illi qui hoc persolvere debet convenerit.

Item de nonis & decimis. *Ex eodem,*
cap. v. lib. v.

Lib. 5. Capitular. c. 145.

XLVII. De his qui nonas & decimas jam per multos annos aut ex parte aut ex toto dare neglexerunt, volumus ut per Missos nostros